

**www.e-rara.ch**

**Introductioes Apotelesmaticæ elegantes, in Chyromantiam,  
Physiognomiam, Astrologiam naturalem, Complexiones hominum,  
Naturas planetarum**

**Indagine, Johannes ab**

**[Strassburg], sub annum Domini M. D. XXII**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-84446>

Periaxiomata de faciebus signorum

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

PERIAXIOMATA.

caue inferne, malos homines ostendunt. Molles, turgide, moratos.  
S V R AE, asperu calcaneu, crasse & curte, pingua crura, futuram infan-  
am ostendunt.

H A E C sunt in physiognomicam artem introductiones breuiusculę, quib-  
us adiutus quilibet, ingenia hominũ diiudicare potest. Nec me fugit,  
eandẽ ferme fabulã egisse Aristotelem, medicos, Vallam, atq; alios  
quamplures. Non minuit hoc nostrũ conatum uel honorẽ. Id prestiti-  
mus quod potuimus, uel illorũ etiã adiuti opera. Quod si dentibus su-  
is roserit nos caninis quispiam: sciat non cõmentarios scripsisse nos,  
sed compendium: atq; ita finis esto.

PERIAXIOMATA de faciebus signorũ, quid  
in unaqueq; domo efficiat in natis Sol.

P R A E F A T I O.

**C** V M in disciplinas Astrologicas inducere atq; imbuiere decreue-  
rimus studiosos, sintq; multa q̄ circa hæc obseruari opteat: post  
domorũ sitũ, & iudicia horoscoporũ, id iam reliquũ est, de faciebus co-  
gnoscere signorũ, qd singulis in gradibus efficiant. Nam aliã ac aliã Sol,



atq; ceteri planetę in gradibus & faciebus habent operationē, diuisa enim aliud in prima, aliud in secunda, aliud in tertia agunt facie. Quod ut intelligas, quodlibet signū in triginta gradus partitur. Triginta hi gradus si in tres partes secentur, Prima series usq; ad decem, primā faciem tenet. Deinde ab decē usq; ad uiginti, quicquid interuenit secunda dicit. Residuū usq; ad triginta, tertia; atq; in hunc modū supputandū est cū reliquis signis. Hi gradus, quo magis ac magis augetur, tanto in uigore, præcipue in ultimis faciebus decreſcūt, fiuntq; remissiores in fine q̄ uel initio uel medio extiterunt. Hęc atq; alia breuiter adnotauimus ex Abraham Hali, Alcabitio, Firmico, &c. Quod si iterum Zoilus quispiam obganniat nobis, cur hęc ad nostra trahamus. Huic respondemus, uiros illos doctissimos, nō omnia edocenter scripsisse, quę consummatū possint efficere Astrologum, uerū magis sui admonendi q̄ aliorū docendi gratia. Atq; his ita prælibatis, ad Arietem progredimur.

Signa in  
gradus

**S**ol in prima facie Arietis. **V**  
Sol igitur in Ariete, quod primū signū est inter reliqua signa duodecim, in primis decē gradibus editos in lucē, facit cōmuniter subruffos, simios, uentre exili & angusto, macilētos, atq; signatos in sinistro pede uel cubito, amicos habentes plurimos, odientes malū, prosequentes quod optimū est.

In secunda facie, id est a decimo gradu Arietis, usq; ad uigesimū, facit nigrū, qui nigror tñ non in uitū reputatur, sed in uenustatē & maximā ciuilitatē. Temperatę q̄q; qualitatis, & iracundū, suspiciosum, fraudulentum, cordatū, septū inimicis pluribus, qui hunc uenantur ad mortē.

In tertia facie, interdū ruffum, croceo permixtū colore, solitarium, meditantē insidias, & fraudes frequenter.

Sol in prima facie Thauri. **♋**

**N**ATVM in prima facie, nauum facit, & p̄grandibus aliqñ oculis, labronē, signatū in ceruice, uerū, festuū admodū, in delitijs semp occupatū.

In secunda facie lasciuū, libidinosum, sed non usq; adeo ut in prima signi facie, uagabundū tamen atq; mutabilem.

In tertia facie frigidiorē in complexionē: propter Saturniū, qui hęc ultimā faciē possidet. Gignit & auriū, uentris, ac cruriū dolores.

Sol in prima Geminorum facie. **♊**

**S**ICVM in prima facie Geminorum ceciderit natiuitas, faciunt moderate stature, corpore pulchro, membris omnibus bene cōpositis: signatū in capite, uel genibus: mansuetum etiā, laboriosum, & ab mulieribus diffortunatum, ac cōmuniter sterilem.

In secunda facie minuunt staturā, addunt nigredinē, signāt in cubito, in genitalibus: & quod in alijs diminutū uidet, in eloquentia reparatur.

In tertia deficiētibus gradibus, decreſcere faciunt & in natis probitarē & debitā mēbrorū proportionē: faciūt iſenſatū, & nugarū diſſemiatōrē.

Sol in Cancro. ☿

N A T V M in decē gradibus primis, corpe & pilis decentē facit, ſtrictis ſupercilijs, eruditi ingenij, ſignatū in brachio dextro, & cruribus: præterea animam influit bonam, & amicorum copiam.

In ſecunda autē facie ruſſo capillitio, breui ſtatura, inberbem, ſignatū in oculis.

In tertia facie craſſum, hebetem, piloſum ſupercilijs, pruriginoſum, facie quaſi inſufflatum.

Sol in Leone ♌

S I C I N prima facie uitę donatū, corpusculo uenusto facit, rubicundo colore, modico permixto albore, uarięgatis oculis, corpe recto, pedibus autē morbidis, præcipue in ſenio, fama atq; egregijs factis agnitum pluribus, ſimplicem, dilectum ab regibus & principibus terrę.

In ſecunda facie pectore lato, teſticulis & membris gracilibus, cordatum, & honorabilem.

In tertia facie ſtatura breuem, colore roſeo permixto etiā albore, obnoxium etiā multis egritudinibus, ſcortatorē, & mulierū amatorem.

Sol in Virgine. ♍

F A C I T natū decenti ſtatura Sol, poſſidente uirgine primā faciē, corpe procero, facie pulcra, ſciolū, acutū, prudentē, criſpo capillitio, cincedum, comatulū, arguta & ſonora uoce, multarum artium peritum, ſed inſecundum in procreandis liberis.

Sub ſecunda facie, ſimiliter facie uenusta, paruis oculis, pulcro naſo, religioſum, doctum, probū, integrū, & laudis cupidiffimū.

Sub tertia tamen facie ſimplicem, pulcrum, docilem, ſenſatum, prudentem, bonum.

Sol in prima facie Librę. ♎

N A T V M facit ( cum ſit ſignum humanę formę ) pulcra facie, ſimplicē, laborioſum, modeſtum ſauciandū aliquando in capite.

In ſecunda facie ſimiliter facie pulcra, ſed oculis lippis interdum, uel petis. nam uitium aliquod illis inerit.

In tertia facie honorabilem, obſeruandum, pulcrum: in extremo uero nullius, uel certe utriuſq; ſexus, caueat ne toxicum quippiā accipiat.

Sol in Scorpione. ♏

S O L in Scorpione facit difformē, in capite uel ſcapulis ſignatū, uel in ſiniſtro pede uel brachio, amplo pectore, in proferendis ſalibus lepidum, ſobrium, uel diſcretum.

In ſecunda facie, capite magno, multiloquum, ſignatum in genibus,

uel tergo.

In tertia statura pusillū, cōtortis oculis, comedonem & scortatorem;

Sol in Sagittario. ♐

FACIT decorum aspectu, proceræ stature, aulicum, studiosum bonarū rerum.

In secunda facie statura decenti, aspectu pulcro, croceoq; , supercilijs conspersis, signatum in pectore.

In tertia facie, procerum, pulcrum, lato & patenti pectore, signatum in pectore & pede.

Sol in Capricorno. ♑

FACIT pectore aliquando amplo, tenerē, statura cōpetenti, sed aliquā tulū nigra, signatū notula in cubito uel pectore, astutum.

In secunda facie pulcrum, signatum brachio sinistro, si natiuitas fuerit nocturna, maliciosum, naribus p̄longis, ingenio acuto.

In tertia facie corpore uenusto, facie citrina, signatū in brachio, uel genu. Iracundum, amabilem, amatorē mulierum.

Sol in prima facie Aquarij. ♒

SOL in prima facie Aquarij facit corpore & facie formosum, signatum, uel in pectore, uel in sinistro pede, benignum, effabilem, tractabilem apud homines.

Sub secunda facie facit oblongum, rubea facie, signatum in tergo, uel in cubito, tribulationibus uarijs obnoxium.

Sub tertia facie statura breui, uultu roseo, signatum sub cubito, amatorem mulierum. Qui autem in postremo gradu natus fuerit, hunc non solum in proportione corporis, sed in omnibus etiam actibus ceteris facit et disconuenientem.

Sol in Piscibus inuentus. ♓

FACIT corpe mollē, albū, pectore amplo, barbitio decenti, pulcra fronte, clara cute, oculis patentibus & pulcris, carnosum atq; honestum.

In secunda facie statura breui, equali, nigranti barba, parum hirsutū, agilem, letum.

In tertia facie in membris omnibus decorum, uenustum: dat & uocis clangorem.

HOC dignū itē notatu iudicauimus: quod certa signa sunt, siue formę, q̄ ad magnitudinē etiā ī artificiali Astrologia rēdunt. ut Leo, Virgo, & Sagittarius. Quędā ad diminutionē. ut pisces, cancer, & capricornus. Et qđ est a principio signorum Arietis, Leonis & Thauri, faciunt tendere corpora ad grossiciē & fortitudinē; & fines eorum ad macredinē tendūt &

Significat  
ita signorum

debilitatē. Similiter Gemini, Scorpio, & Sagittarij principia ad macres  
dinē & debilitatē, & fines iā dictōrū signorū ad grossitiē & fortitudinē.

Sed Virgo, Libra & Sagittarius ad equalitatē ac bonā proportionē.  
Thaurus uero, Scorpius & Pisces (ut Hali inq̄) tēdere faciunt ad diuersā  
proportionē corpis. Nati etiā in die limpidiores sūt illis q̄ in nocte nascū  
tur. nox nanq̄ adiuuat planetas nigredinē & obscuritatem significantes:  
imo Epilēctici erunt, in q̄rū natiuitatibus Luna cū Mercurio est, nec unus  
ex illis complectitur ascendens in hora natiuitatis: & si cū hoc Saturnus  
fuerit in angulo in diurna, uel Mars in nocturna natiuitate. Amentes autē  
eodē modo sunt, propter Saturnū in angulis in nocturna, & in diurna.  
Et maxime cum Cancer, Virgo uel Pisces in angulis reperti fuerint. Et  
cum Saturnus in domo luminarium, id est Cancro, uel Leone fuerit, passi  
onem oculorum semper innuit.

Signa significantia pustulas, lepram, maculas rubeas, pruriginēs, im  
petiginēs, surditatem, balbutiem, caluiciem, paucam barbā, sunt Aries,  
Cancer, Scorpius, Capricornus, & Pisces.

Signa multorū filiorū sunt Cancer, Scorpius, & Pisces.

Signa significantia honestatē mulierū & religionū, & eorum probita  
tem, sunt Thaurus, Leo, & Aquarius.

Signa rationabilia sunt, Gemini, Virgo, Libra, prima pars Sagittarij,  
& omnes partes Aquarij.

Iracundię signa sunt & acuitatis, Aries, Leo, Scorpio.

Signa uociferantia & fortes uoces habentia sunt, Gemini, Virgo, & Li  
bra. Voce uero carentia sunt, Cancer, Scorpius, & Pisces.

Planetarū  
significan  
tia.

Planetę qui dant diuitias sunt tres .s. Iupiter, Sol, atq̄ Venus. Sol etiā  
am prudētiā, Mercurius eloquentiā largit̄, Venus uero loquele ornātū.

Tria sunt signa orientalia. Aries est cor orientis. Leo secunda eius  
Triplīcitas, & sinistra pars orientes, Sagittarius est dextra pars ori  
entis.

Capricornus est cor meridiei, Thaurus sinistra, Virgo dextra pars  
Meridiei.

Libra est cor occidentis, Aquarius sinistra, Gemini uero dextra pars  
occidentis.

Cancer est cor Septentrionis, Scorpius sinistra. Pisces postremo  
dextra pars Septentrionis. Ex ijs si iam scire uolueris, ad quid nam  
conferat talis signorum respectus & dispositio, id breuiter sic acci  
pe. Diximus tria esse signa Orientalia. Tria ad meridiem, ad Aquie  
lonem tria; & Tria ad Occidentem. Orientia conferunt nobis, si hīs  
iam orientibus & persistente in ijs Sole, ad eam partem locemus, con  
stituamus, dirigamusq̄, ea que facturi sumus, nempe lectus, grabata.

Veluti si uitam uelimus uiuere sanam, leuiter indormire, prosperari in liberis, si adfuerit uxor. Item si succedere cupimus empturi aliquid, uel uenditori, contractus: si honoris, aut comodi speramus quippiam, aut si quod est huiusmodi: totum ad eam plagam faciamus qua signa ad predicta respicitur. Sicut econuerso, si formidamus ne male succedat aliquid illorum, uirtanda sunt signa contraria. In hunc modum iudicare licebit de reliquis. Verumetiam id obiter descripsimus quando mentionem fecimus de qualitate & natura domorum.

Sic copiose, & non minus tamen succincte habes facierum atque aliorum signorum siue imaginum naturas. Neque uideo, quomodo aliquis succinctius has tradere possit: & si prolixis ambagibus hic diu immoremur, non usque adeo magnus fructus est. Vt cumque enim ad Astrologiam promouent, non sic tamen magna sunt, ut in his prora sit constituenda & puppis. Neque sciri commode non possunt, sed sic tamen cum moderamine discenda sunt, ne his iam scitis, protinus Astrologum esse se quis existimet: & si etiam persuadent qui eius scientie principes sunt. Quamobrem de modestia comonefacio te quicumque es, qui ad eam artem uideris esse propensior, ne quid hic precipitanter agas, neque actutum relata in medium alicuius nauitate iudicium proferas. Tam multa sunt que fallere nos possunt. Nempe hominis prudentia, dispensatio dei, fallax iudicium. Verbi causa: fieri potest ut in Ariete natus aliquis uehementer iracundus sit, atque idem liberata secum uitae turpitudine, iram ipsam moderetur & supprimat, ego uero hunc iudicarem iracundum, quis non hic me rideret? Inclinent licet natura & fatum, ita tamen temperanda sententia est, ut nisi prospectis adamussim omnibus, facile hanc non precipites. Si quid aliud agis, scito non solum ueri nihil predicere te, sed etiam ludibrio futurum omnibus hominibus. Haec passim inculco, quod sciam quosdam turpissime hic lapsos, quod ueluti securi iam sedecim pedibus, quod aiunt, figebant a scopo.

Comonefacio  
autem  
ris.